



ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ	ARISTOTELES	ARISTÓTELES
ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ <a href="http://www.perseus.edu">http://www.perseus.edu</a> Edição Ross	METAPHYSICA Textus Moerbekae Edição Cathala	METAFÍSICA <a href="http://www.aquinate.net">http://www.aquinate.net</a> Edição Faitanin
B	II	II
α	Caput 1	Capítulo 1
[993a][30] Ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία τῆ μὲν χαλεπὴ τῆ δὲ ῥαδία.	[993a][30] De veritate quidem theoria, id est contemplatio, sic difficilis est, sic vero facilis.	[993a] [30] O estudo da verdade, isto é, a contemplação <sup>1</sup> , é num aspecto difícil e, noutro, fácil.
Σημεῖον δὲ τὸ μήτ' ἀξίως μηδένα δύνασθαι θιγεῖν αὐτῆς μήτε πάντας ἀποτυγχάνειν, [993b][1] ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τι περὶ τῆς φύσεως,	Signum autem, nec digne nullus adipisci ipsam posse, nec omnes fallere, [993b][1] sed unumquemque aliquid de natura dicere.	Sinal disso é que ninguém tem uma digna posse dela e nem todos falharam [993b] [1], mas cada um pode dizer algo acerca da [sua] natureza.
καὶ καθ' ἓνα μὲν ἢ μηθὲν ἢ μικρὸν ἐπιβάλλειν αὐτῇ, ἐκ πάντων δὲ συναθροισμένων γίνεσθαι τι μέγεθος·	Et secundum unumquemque quidem nihil aut parum ei immittere, de omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam.	E o que cada um alcança sobre a verdade é nada ou pouco, mas pela contribuição de todos pode ser feito algo grande.
ὥστ' εἴπερ ἔοικεν ἔχειν καθάπερ τυγχάνομεν παροικιαζόμενοι, [5] τίς ἂν θύρας ἀμάρτοι; ταύτη μὲν ἂν εἴη ῥαδία,	Quare si videtur habere, ut proverbialiter dicimus [5]: In foribus quis delinquet? sic quidem utique erit facilis.	Se for por ocorrer tal como dizemos no provérbio [5]: quem erra a porta? Então, assim, certamente, será fácil.
τὸ δ' ὅλον τι ἔχειν καὶ μέρος μὴ δύνασθαι δηλοῖ τὸ χαλεπὸν αὐτῆς.	Habere autem totum et partem non posse, difficultatem ejus ostendit.	Ora, ter o todo e não poder ter uma parte, mostra sua dificuldade.
Ἴσως δὲ καὶ τῆς χαλεπότητος οὔσης κατὰ δύο τρόπους, οὐκ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀλλ' ἐν ἡμῖν τὸ αἴτιον αὐτῆς· ὥσπερ γὰρ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ [10] φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν, οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῆ φύσει φανερώτατα πάντων.	Forsam autem et difficultate secundum duos existente modos, non in rebus, sed in nobis est ejus causa. Sicut enim nycticororum oculi ad [10] lucem diei se habent, sic et animae nostrae intellectus ad ea quae sunt omnium naturae manifestissima.	Talvez, a dificuldade ocorra de dois modos, embora sua causa não esteja nas coisas, mas em nós. Pois, tal como estão os olhos dos morcegos para [10] a luz do dia, assim está o intelecto da nossa alma para as coisas, que de todas, são as mais evidentes da natureza.
Οὐ μόνον δὲ χάριν ἔχειν δίκαιον τοῦτοις ὧν ἂν τις κοινώσαιτο ταῖς δόξαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιπολαιότερον ἀποφνηαμένοις· καὶ γὰρ οὗτοι συνεβάλλοντό τι τὴν γὰρ ἔξι	Non solum autem his habere gratiam justum est, quorum aliquis opinionibus communicaverit; sed his qui adhuc superficialiter enuntiaverunt. Etenim	É justo agradecer não só àqueles, cujas opiniões foram comunicadas, mas também àqueles que superficialmente as enunciaram. De fato, contribuíram com algo, pois

<sup>1</sup> O termo latino *contemplatio* [presente na edição latina do texto da *Metafísica* de Aristóteles publicada por Cathala] não encontra correspondência no texto grego [da edição de Ross – a que mais se aproxima, salvo melhor juízo, do texto grego que conheceu Moerbeke para a produção da versão latina, sobre a qual trabalhou Tomás em seus comentários]. No entanto, mantivemos a sua tradução, sem prejuízo algum para a exposição do conteúdo da primeira lição, deste segundo livro da *Metafísica*.

προήσκησαν ἡμῶν· [15] εἰ μὲν γὰρ Τιμόθεος μὴ ἐγένετο, πολλὴν ἂν μελοποιίαν οὐκ εἶχομεν· εἰ δὲ μὴ Φρῦνις, Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν περὶ τῆς ἀληθείας ἀποφηναμένων· παρὰ μὲν γὰρ ἐνίων παρειλήφαμέν τινὰς δόξας, οἱ δὲ τοῦ γενέσθαι τούτους αἴτιοι γεγόνασιν.

conferunt aliquid. Nam habitum nostrum praeexercuerunt. [15] Nam si Thimotheus non fuisset, multam melodiam non haberemus. Si autem non Phrynis, Timotheus non fuisset. Eodem vero modo et de enuntiantibus veritatem. A quibusdam enim opiniones quasdam accepimus, sed alii, ut hi forent, causa fuerunt.

exercitaram o nosso hábito de intelecgr. [15] Ora, se Timóteo não existisse, não teríamos muitas melodias. Se, porém, não existisse Frini, não existiria Timóteo<sup>2</sup>. Ora, o mesmo modo ocorre com os discursos sobre a verdade, pois recebemos de alguns certas opiniões, mas outras foram a causa para que existissem estas.

---

<sup>2</sup> Frini de Mítilene [480 a.C.] foi mestre de Timóteo de Mileto [446 a.C.], célebres poetas e músicos gregos, porém rivais, pois Timóteo concebia a música como uma arte independente da poesia.



**CORPUS THOMISTICUM**  
<http://www.corpusthomisticum.org>

**AQUINATE**  
<http://www.aquinate.net>

**SANCTI THOMAE DE AQUINO**

**SANTO TOMÁS DE AQUINO**

**SENTENTIA LIBRI  
METAPHYSICAE.**

**SENTENÇAS SOBRE OS LIVROS DA  
METAFÍSICA.**

**LIBER II**

**LIVRO II**

Qualiter se habeat homo ad considerationem veritatis. Veritatis cognitionem maxime ad philosophiam primam pertinere. Non dari processum in infinitum in causis. De modo considerandae veritatis.

Como o homem tem para si a consideração da verdade. O conhecimento da verdade pertence principalmente à filosofia primeira. Não se dá o processo ao infinito nas causas. O modo como considerar a verdade.

**LECTIO 1**

**LIÇÃO 1**

Contemplationem veritatis cum facilem, tum difficilem esse ostendit: difficultatem etiam quandoque a rebus, nonnunquam ab intellectu oriri asserit: quomodo item homines se ad invicem juvent in consideratione veritatis exponit.

Mostra como parece ser fácil e difícil a contemplação da verdade: afirma que, algumas vezes, a dificuldade tem a sua origem nas coisas e, outras vezes, no intelecto, e explica como os homens, entre si, se auxiliam na consideração da verdade.

**Sententia**

**Sentenças**

1.–Postquam philosophus reprobavit opiniones antiquorum philosophorum de primis principiis rerum, circa quae versatur principaliter philosophi primi intentio, hic accedit ad determinandum veritatem. Aliter autem se habet consideratio philosophiae primae circa veritatem, et aliarum particularium scientiarum. Nam unaquaeque particularis scientia considerat quamdam particularem veritatem circa determinatum genus entium, ut geometria circa rerum magnitudines, arithmetica circa numeros. Sed philosophia prima considerat universalem veritatem entium. Et ideo ad hunc philosophum pertinet considerare, quomodo se habeat homo ad veritatem cognoscendam.

1.–Depois de o Filósofo reprovar as opiniões dos antigos filósofos sobre os primeiros princípios das coisas, no que principalmente versa a intenção da filosofia primeira, agora começa a determinar o que é a verdade. Ora, a consideração da filosofia primeira sobre a verdade se tem de um outro modo em relação à das outras ciências particulares. De fato, cada ciência particular considera certa verdade particular sobre determinado gênero de seres, por exemplo, a geometria considera a grandeza das coisas e a aritmética considera os números. Ora, a filosofia primeira considera a verdade universal dos seres. Logo, convém ao filósofo considerar isso: o modo como o homem deve conhecer a verdade.

2.–Dividitur ergo ista pars in partes duas. In prima parte determinat ea quae pertinent ad considerationem universalis veritatis. In secunda incipit inquirere veritatem de primis principiis et omnibus aliis, ad quae extenditur huius philosophiae consideratio; et hoc in tertio libro, qui incipit, necesse est nobis acquisitam scientiam et cetera. Prima autem pars dividitur in partes tres. In prima dicit qualiter se habeat homo ad considerationem veritatis. In secunda ostendit ad quam scientiam principaliter pertineat cognitio veritatis, ibi, vocari vero philosophiam veritatis et cetera. In tertia parte ostendit modum considerandae veritatis, ibi, contingunt autem auditiones et cetera. Circa primum tria facit. Primo ostendit facilitatem

2.–Esta parte é, pois, dividida em duas seções. Primeira, que considera o que convém para a investigação da verdade universal. Segunda, que inicia a investigar a verdade dos primeiros princípios e de tudo que se estende à consideração desta filosofia. E faz isso no início do Livro III, que começa assim: 'É-nos necessário buscar a ciência' etc. A primeira parte é dividida em três partes. Na primeira, explica como o homem deve considerar a verdade. Na segunda, demonstra qual ciência principalmente deve conhecer a verdade, quando diz: 'de fato, é denominada filosofia da verdade' etc. Na terceira, mostra o modo como considerar a verdade, quando diz: 'ora, o resultado das lições' etc. Acerca da primeira, faz três coisas. Primeiro, mostra a facilidade

existentem in cognitione veritatis. Secundo ostendit causam difficultatis, ibi, forsan autem et difficultate et cetera. Tertio ostendit quomodo homines se invicem iuvant ad cognoscendum veritatem, ibi, non solum autem his dicere et cetera. Circa primum duo facit. Primo proponit intentum, dicens, quod *theoria*, idest consideratio vel speculatio de veritate quodammodo est facilis, et quodammodo difficilis.

3.–Secundo ibi ‘signum autem’ manifestat propositum. Et primo quantum ad facilitatem. Secundo quantum ad difficultatem, ibi, ‘habere autem totum et partem’ et cetera. Facilitatem autem in considerando veritatem ostendit tripliciter. Primo quidem hoc signo, quod licet nullus homo veritatis perfectam cognitionem adipisci possit, tamen nullus homo est ita expertus veritatis, quin aliquid de veritate cognoscat. Quod ex hoc apparet, quod unusquisque potest enuntiare de veritate et natura rerum, quod est signum considerationis interioris.

4.–Secundum signum ponit ibi et secundum dicens quod licet id quod unus homo potest immittere vel apponere ad cognitionem veritatis suo studio et ingenio, sit aliquid parvum per comparisonem ad totam considerationem veritatis, tamen illud, quod aggregatur ex omnibus *coarticulatis*, idest exquisitis et collectis, fit aliquid magnum, ut potest apparere in singulis artibus, quae per diversorum studia et ingenia ad mirabile incrementum pervenerunt.

5.–Tertio manifestat idem per quoddam exemplum vulgaris proverbii, ibi quare si concludens ex praemissis, quod ex quo unusquisque potest cognoscere de veritate, licet parum, ita se habere videtur in cognitione veritatis, sicut proverbialiter dicitur: in *foribus*, idest in ianuis domorum, *quis delinquet?* Interiora enim domus difficile est scire, et circa ea facile est hominem decipi: sed sicut circa ipsum introitum domus qui omnibus patet et primo occurrit, nullus decipitur, ita etiam est in consideratione veritatis: nam ea, per quae intratur in cognitionem aliorum, nota sunt omnibus, et nullus circa ea decipitur: huiusmodi autem sunt prima principia naturaliter nota, ut non esse simul affirmare et negare, et quod omne totum est maius sua parte, et similia. Circa conclusiones vero, ad quas per huiusmodi, quasi per ianuam, intratur, contingit multoties errare. Sic igitur cognitio veritatis est facilis in quantum scilicet ad minus istud modicum, quod est principium, per se notum, per quod intratur ad veritatem, est omnibus per se

que há no conhecimento da verdade. Segunda, mostra a causa da dificuldade, quando diz: ‘Ora, talvez, a dificuldade’, etc. Terceira, mostra como os homens mutuamente se ajudam para conhecer a verdade, quando diz: ‘Ora, é justo ter gratidão não só’ etc. Acerca da primeira, faz duas coisas. Primeira, propõe a intenção, dizendo que a teoria, isto é, a consideração ou especulação sobre a verdade, é de um modo fácil e, de outro, difícil.

3.–Segunda, aí ‘sinal’ manifesta o propósito. Primeiro, respeito à facilidade. Segundo, relativo à dificuldade, aí ‘ter o todo’ etc. Mostra em que sentido é fácil de saber a verdade, dando três indicações. A primeira é esta: embora nenhum homem pode atingir um conhecimento perfeito da verdade, todavia nenhum homem é tão completamente desprovido da verdade, que não conheça nada sobre isso. Isso é mostrado pelo fato de que qualquer pessoa pode fazer uma declaração sobre a verdade e a natureza das coisas, que é um sinal de reflexão intelectual.

4.–O segundo sinal espõe ali, enquanto diz que embora aquilo que um homem pode descobrir ou contribuir para o conhecimento da verdade, por seu estudo e sabedoria, seja algo pequeno em comparação à toda consideração da verdade, todavia o que se compila de todas as *contribuições*, isto é, do descoberto e recolhido, torna-se bastante grande, como ocorre em cada arte particular, que admiravelmente se desenvolveu por diversos estudos e pesquisas.

5.–O terceiro mostra o mesmo pelo exemplo de um provérbio comum, concluindo das premissas que, do que cada um pode conhecer da verdade, embora pouco, parece ocorrer o mesmo no conhecimento da verdade com que ocorre no que é dito do provérbio: a porta, isto é, a porta da casa, quem erra? Pois é difícil conhecer o interior da casa, e nisto o homem é facilmente enganado. Ora, sobre a própria porta da casa que para todos é evidente e primeiro ocorre, que ninguém erra, assim também ocorre na consideração da verdade, pois as verdades, pelas quais se entra no conhecimento de outras, são evidentes para todos, e ninguém erra nelas. Ora, os primeiros princípios são naturalmente evidentes, pois não se nega e afirma ao mesmo tempo, nem o todo é maior do que a parte. Assim, sobre as conclusões, são como entrar em portas, pois há muitas maneiras de errar. Logo, o conhecimento da verdade é fácil, enquanto pelo menos isto possua um pouco do que é o princípio evidente em si mesmo, pelo qual se entra na verdade, o que é evidente em si para

notum.

6.–Deinde cum dicit ‘habere autem’ manifestat difficultatem; dicens, quod hoc ostendit difficultatem quae est in consideratione veritatis, quia non possumus habere circa veritatem totum et partem. Ad cuius evidentiam considerandum est, quod hoc dixit omnibus esse notum, per quod in alia introitur. Est autem duplex via procedendi ad cognitionem veritatis. Una quidem per modum resolutionis, secundum quam procedimus a compositis ad simplicia, et a toto ad partem, sicut dicitur in primo physicorum, quod confusa sunt prius nobis nota. Et in hac via perficitur cognitio veritatis, quando pervenitur ad singulas partes distincte cognoscendas. Alia est via compositionis, per quam procedimus a simplicibus ad composita, qua perficitur cognitio veritatis cum pervenitur ad totum. Sic igitur hoc ipsum, quod homo non potest in rebus perfecte totum et partem cognoscere, ostendit difficultatem considerandae veritatis secundum utramque viam.

7.–Deinde cum dicit ‘forsan autem’ ostendit causam praemissae difficultatis. Ubi similiter considerandum est, quod in omnibus, quae consistunt in quadam habitudine unius ad alterum, potest impedimentum dupliciter vel ex uno vel ex alio accidere: sicut si lignum non comburatur, hoc contingit vel quia ignis est debilis, vel quia lignum non est bene combustibile; et similiter oculus impeditur a visione alicuius visibilis, aut quia est debilis aut quia visibile est tenebrosus. Sic igitur potest contingere quod veritas sit difficilis ad cognoscendum, vel propter defectum qui est in ipsis rebus, vel propter defectum qui est in intellectu nostro.

8.–Et quod quantum ad aliquas res difficultas contingat in cognoscendo veritatem ipsarum rerum ex parte earum, patet. Cum enim unumquodque sit cognoscibile in quantum est ens actu, ut infra in nono huius dicitur, illa quae habent esse deficientes et imperfectas, sunt secundum seipsa parum cognoscibilia, ut materia, motus et tempus propter esse eorum imperfectionem, ut Boetius dicit in libro de duabus naturis.

9.–Fuerunt autem aliqui philosophi, qui posuerunt difficultatem cognitionis veritatis totaliter provenire ex parte rerum, ponentes nihil esse fixum et stabile in rebus, sed omnia

todos.

6.–Ao dizer: ‘ora, ter’, manifesta a dificuldade, ao dizer que demonstra a dificuldade isto que é a própria consideração da verdade, porque não podemos possuir tudo sobre o todo ou parte da verdade. Deve-se considerar para esclarecer isto, que isto ele disse ser evidente para todos, pelo qual se introduz em outras verdades. Ora, é dupla a via de proceder no conhecimento da verdade. *Uma*, pelo modo da resolução, enquanto procedemos do composto ao simples, do todo à parte, como se diz em *Física* I<sup>3</sup>, que são mais confusas as que primeiro nos são mais evidentes. Nesta via, alcança-se o conhecimento da verdade, quando se chega a conhecer as partes distintas do singular. Outra, é a via da composição, pela qual procedemos das simples às compostas, pela qual se alcança o conhecimento da verdade, quando chegamos ao todo. Assim, pois, o fato de que o homem não pode saber perfeitamente o todo e a parte na realidade, mostra a dificuldade de considerar a verdade, em ambas as vias.

7.–Ao dizer: ‘talvez’, demonstra a causa da premissa da dificuldade. O mesmo aqui deve ser considerado: que em tudo em que há certa relação de um com outro, pode ocorrer um duplo impedimento, ou da parte de um ou da parte do outro, pois se a madeira não queima, isso ocorre ou porque o fogo é fraco ou porque a madeira não é combustível suficiente, ou, de modo similar, o olho ser impedido de ver algo visível, ou por ser fraco ou porque o objeto visível está no escuro. Portanto, pode ocorrer que a verdade seja difícil de conhecer, seja por causa do defeito que existe nas coisas mesmas, ou por causa de alguma defeito que existe em nosso intelecto.

8.–E fica evidente que ocorre a dificuldade em relação ao conhecimento da verdade das próprias coisas, por causa delas mesmas. Como cada coisa é cognoscível enquanto está em ato, como abaixo será dito no Livro IX, as coisas que tem o ser deficiente e imperfeito, são por si mesmas pouco conhecidas, como a matéria, o movimento e o tempo, por causa da imperfeição do ser deles, como diz Boécio em seu livro *Sobre as Duas naturezas*<sup>4</sup>.

9.– Ora, havia alguns filósofos que alegaram que a dificuldade de conhecer a verdade provinha totalmente da parte das coisas, afirmando que nada é fixo e estável nas coisas,

<sup>3</sup> ARISTÓTELES, *Physica*, I, 1, 184a-21.

<sup>4</sup> BOÉCIO, *Contra Eutiques e Nestório*, I, 60-115 [*Escritos (Opuscula Sacra)*]. Tradução, estudos introdutórios e notas de Juvenal Savian Filho. São Paulo: Martins Fontes, 2005, pp. 161-163.

esse in continuo fluxu ut infra in quarto huius dicitur. Sed hoc excludit philosophus, dicens, quod quamvis difficultas cognoscendae veritatis forsitan possit secundum aliqua diversa esse dupliciter, videlicet ex parte nostra, et ex parte rerum; non tamen principalis causa difficultatis est ex parte rerum, sed ex parte nostra.

10.–Et hoc sic probat. Quia, si difficultas esset principaliter ex parte rerum, sequeretur, quod illa magis cognosceremus, quae sunt magis cognoscibilia secundum suam naturam: sunt autem maxime cognoscibilia secundum naturam suam, quae sunt maxime in actu, scilicet entia immaterialia et immobilia, quae tamen sunt maxime nobis ignota. Unde manifestum est, quod difficultas accidit in cognitione veritatis, maxime propter defectum intellectus nostri. Ex quo contingit, quod intellectus animae nostrae hoc modo se habet ad entia immaterialia, quae inter omnia sunt maxime manifesta secundum suam naturam, sicut se habent oculi nycticoracum ad lucem diei, quam videre non possunt, quamvis videant obscura. Et hoc est propter debilitatem visus eorum.

11.–Sed videtur haec similitudo non esse conveniens. Sensus enim quia est potentia organi corporalis, corrumpitur ex vehementia sensibilis. Intellectus autem, cum non sit potentia alicuius organi corporei, non corrumpitur ex excellenti intelligibili. Unde post apprehensionem alicuius magni intelligibilis, non minus intelligimus minus intelligibilia, sed magis, ut dicitur in tertio de anima.

12.–Dicendum est ergo, quod sensus impeditur a cognitione alicuius sensibilis dupliciter. Uno modo per corruptionem organi ab excellenti sensibili; et hoc locum non habet in intellectu. Alio modo ex defectu proportionis ipsius virtutis sensitivae ad obiectum. Potentiae enim animae non sunt eiusdem virtutis in omnibus animalibus; sed sicuti homini hoc in sua specie convenit, quod habeat pessimum olfactum, ita nycticoraci, quod habeat debilem visum, quia non habet proportionem ad claritatem diei cognoscendam.

13.–Sic igitur, cum anima humana sit ultima in ordine substantiarum intellectivarum, minime participat de virtute intellectiva; et sicut ipsa quidem secundum naturam est actus corporis, eius autem intellectiva potentia non est actus organi corporalis, ita habet

mas que tudo está num contínuo fluxo, como será dito no Livro IV. Ora o filósofo nega isto, dizendo que mesmo que a dificuldade de conhecer a verdade possa, talvez, ser dupla razão diversa, por nossa parte e por parte das coisas, todavia, a principal causa da dificuldade não é por parte das coisas, mas da nossa parte.

10.–Prova isto assim. Se esta dificuldade principalmente fosse atribuída por parte das coisas, seguir-se-ia que nós conheceríamos melhor as coisas que são mais cognoscíveis por natureza. Mas as coisas que são mais cognoscíveis por natureza, são aquelas que estão em ato, ou seja, os entes imateriais e imóveis, que nos são as mais desconhecidas. Daí fica claro que a dificuldade de conhecer a verdade ocorre principalmente por causa do defeito do nosso intelecto. Ocorre isso, porque acontece isto com o intelecto de nossa alma que se volta para os seres imateriais, que entre todos, são por natureza os mais evidentes, como ocorre com os olhos dos morcegos diante da luz do dia, a qual não podem ver, pois veem o escuro. E isto é por causa da debilidade da visão deles.

11.–Ora, parece que essa comparação não é adequada. O sentido é uma potência de um órgão do corpo, e se corrompe pela veemência do sensível. Mas o intelecto não é uma potência de um órgão do corpo e não se corrompe pela inoperância do inteligível. Logo, depois da apreensão de algo inteligível maior, não inteligimos menos os inteligíveis menores, senão mais, como se afirma no *De anima*, III<sup>5</sup>.

12.–Portanto, deve-se dizer que o sentido é impedido de conhecer algum sensível por duas razões: *uma*, pela corrupção do órgão, pela inoperância do sensível, e isso não ocorre no intelecto; *outra*, por deficiência na capacidade do próprio poder do sentido, em relação ao objeto. Ora, as potências da alma não possuem a mesma capacidade em todos os animais, pois, assim como convém ao homem esta capacidade a sua espécie, de ter o sentido do olfato mais fraco, assim também, convém ao morcego ter uma visão mais débil, porque não é capaz de conhecer a claridade do dia.

13.–Assim, como a alma humana é a última na ordem das substâncias intelectivas, ela participa menos da potência intelectiva e, como ela é, de fato, segundo a natureza, o ato do corpo, a sua potência intelectiva, porém, não é o ato do corpo órgão corpóreo, assim ela

<sup>5</sup> ARISTÓTELES, *De anima*, III, 4, 429b-1.

naturalem aptitudinem ad cognoscendum corporalium et sensibilibus veritatem, quae sunt minus cognoscibilia secundum suam naturam propter eorum materialitatem, sed tamen cognosci possunt per abstractionem sensibilibus a phantasmatis. Et quia hic modus cognoscendi veritatem convenit naturae humanae animae secundum quod est forma talis corporis; quae autem sunt naturalia semper manent; impossibile est, quod anima humana huiusmodi corpori unita cognoscat de veritate rerum, nisi quantum potest elevari per ea quae abstrahendo a phantasmatis intelligit. Per haec autem nullo modo potest elevari ad cognoscendum quidditates immaterialium substantiarum, quae sunt improportionatae istis substantiis sensibilibus. Unde impossibile est quod anima humana huiusmodi corpori unita, apprehendat substantias separatas cognoscendo de eis quod quid est.

14.–Ex quo apparet falsum esse quod Averroes hic dicit in commento, quod philosophus non demonstrat hic, res abstractas intelligere esse impossibile nobis, sicut impossibile est vespertiloni inspicere solem. Et ratio sua, quam inducit, est valde derisibilis. Subiungit enim, quoniam si ita esset, natura otiose egisset, quia fecit illud quod in se est naturaliter intelligibile, non esse intellectum ab aliquo; sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo visu. Deficit enim haec ratio. Primo quidem in hoc, quod cognitio intellectus nostri non est finis substantiarum separatarum, sed magis e converso. Unde non sequitur, quod, si non cognoscantur substantiae separatae a nobis, quod propter hoc sint frustra. Frustra enim est, quod non consequitur finem ad quem est. Secundo, quia etsi substantiae separatae non intelliguntur a nobis secundum suas quidditates, intelliguntur tamen ab aliis intellectibus; sicut solem etsi non videat oculus nycticoracis, videt tamen eum oculus aquilae.

15.–Deinde cum dicit non solum ostendit quomodo se homines adinvicem iuvant ad considerandum veritatem. Adiuvatur enim unus ab altero ad considerationem veritatis dupliciter. Uno modo directe. Alio modo indirecte. Directe quidem iuvatur ab his qui veritatem invenerunt: quia, sicut dictum est, dum unusquisque praecedentium aliquid de veritate invenit, simul in unum collectum, posteriores introducit ad magnam veritatis cognitionem. Indirecte vero, in quantum priores errantes circa veritatem, posterioribus exercitii occasionem dederunt, ut diligenti

também tem uma aptidão natural para conhecer a verdade dos corpos e dos sensíveis, que são menos cognoscíveis segundo a sua natureza por causa da materialidade deles, embora, também, possam ser conhecidos por abstração dos sensíveis das suas imagens. E dado que este modo de conhecer a verdade convém à natureza da alma humana, enquanto é forma de tal corpo, mas as que são naturais é impossível que permaneçam sempre, que a alma humana que está unida a este tipo de corpo, conheça a verdade das coisas, exceto enquanto possa ser elevado por ela, que entende abstraído das imagens. Ora, por este modo não pode ser elevado para o conhecimento das quidditates das substâncias imateriais, porque estas não são proporcionais a estas substâncias sensíveis. Logo, é impossível que a alma humana, que está unida a este tipo de corpo, apreenda as substâncias separadas, conhecendo delas suas quidditates.

14.–Do que se segue parecer falso o que diz Averróis em seu *Comentário*<sup>6</sup>, ao sustentar que o Filósofo não demonstra aqui ser impossível para nós entender as coisas abstraídas, como é para o morcego ver o Sol. E o argumento que apresenta é bem ridículo, pois, ele acrescenta que se fosse assim, a natureza seria ociosa, porque fez algo que em si é naturalmente inteligível, e não pode ser entendido por outro, como se fizesse o Sol para não ser percebido por alguma visão. Ora, este argumento é deficiente. Primeiro, nisto que o fim do conhecimento do nosso intelecto não são as substâncias separadas, mas o contrário. Logo, não se segue que se não são conhecidas por nós as substâncias separadas, suas existências seriam vãs, pois não é o que não alcança o fim para o qual existe. Segundo, porque as substâncias separadas não são entendidas por nós, segundo suas quidditates, mas são entendidas por outros intelectos, tal como o olho do morcego também não vê o Sol, mas o vê o olho da águia.

15.–Ao dizer: ‘Não só’, mostra como os homens entre si se ajudam para conhecer a verdade. Ora, um ajuda o outro na consideração da verdade de dois modos. Um modo direto. Outro modo indireto. É ajudado diretamente por aqueles que encontraram a verdade, porque, como foi dito, quando cada um dos predecessores encontra algo sobre a verdade, reunido em um todo, ele apresenta um conhecimento da verdade maior aos posteriores. Indiretamente, quando os que nos precederam erraram sobre a verdade e legaram aos sucessores a ocasião da pesquisa,

<sup>6</sup> AVERRÓIS, *In II Metaphysicorum*, B, fol. 29 r A [*Aristotelis Metaphysicorum*. Vol. 8. Venetis: Apud Iunctas, 1562].

discussione habita, veritas limpidius appareret.

16.—Est autem iustum ut his, quibus adiuti sumus in tanto bono, scilicet cognitione veritatis, gratias agamus. Et ideo dicit, quod *iustum est gratiam habere*, non solum his, quos quis existimat veritatem invenisse, quorum opinionibus aliquis communicat sequendo eas; sed etiam illis, qui superficialiter locuti sunt ad veritatem investigandam, licet eorum opiniones non sequamur; quia isti etiam aliquid conferunt nobis. Praestiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquisitionem veritatis. Et ponit exemplum de inventoribus musicae. Si enim non *fuisset Timotheus* qui multa de arte musicae invenit, non haberemus ad praesens multa, quae scimus circa melodias. Et si non praecessisset quidam philosophus nomine *Phrynus*, Timotheus non fuisset ita instructus in musicalibus. Et similiter est dicendum de philosophis qui enuntiaverunt universaliter veritatem rerum. A quibusdam enim praedecessorum nostrorum accepimus aliquas opiniones de veritate rerum, in quibus credimus eos bene dixisse, alias opiniones praetermittentes. Et iterum illi, a quibus nos accepimus, invenerunt aliquos praedecessores, a quibus acceperunt, quique fuerunt eis causa instructionis.

para ter uma discussão diligente, para a verdade aparecer mais clara.

16.—Ora, é justo a estes que nos ajudaram em tanto bem, a saber, no conhecimento da verdade, que lhes sejamos gratos. Por isso, diz *que é justo ser grato*, não só com estes, com os quais pensamos ter encontrado a verdade, cujas opiniões alguém seguindo-as comunica a alguém, mas também com aqueles que falaram superficialmente na investigação da verdade, pois esses homens também deram-nos alguma coisa, embora não sigamos suas opiniões. Presentearam-nos certo exercício de investigação da verdade. E propõe o exemplo dos inventores da música. Se, pois, *não existisse Timóteo*, que inventou muito da arte musical, não teríamos no presente muito do que conhecermos acerca das melodias. E se não precedesse certo filósofo de nome *Frini*, Timóteo não teria sido tão bem instruído na música. E o mesmo se diz dos filósofos que enunciaram universalmente acerca da verdade das coisas. Ora, aceitamos de alguns de nossos antecessores algumas opiniões acerca da verdade das coisas, as quais cremos que eles disseram bem, mas outras opiniões omitimos. E mais uma vez, aqueles de quem nós aceitamos as opiniões, encontraram alguns predecessores, aos quais aceitaram e que foram causa de sua instrução.